



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De iis qui Antiochiæ episcopatu fungebantur. Caput X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGR. HISTORIAE

Acaciū episcopum Constantinopolitanum missus.
 Acacio sanctissimo religiosissimoque ecclesie Con-
 stantinopolis, quæ Roma noua dicitur, Patriarche, S.
 Et postea: venit ad vos, vti par est, qui nostrum locū sup-
 pleat. Ac paulo infra. Per istos libellos agnoscimus nos,
 non nostra voluntate, sed necessitate adductos literis sub-
 scripisse Basilisci: eisdemque non animo, sed verbis dun-
 taxat consensisse. Nam Dei Opt. Max. aspirante numine,
 cui nostræ preces gratæ acceptæque sunt, credimus non
 aliter quàm à trecētis illis decē & octo orbis terræ luminibus,
 & centum quinquaginta sanctis patribus accepimus. Cre-
 dimus præterea Actis, quæ à sanctis patribus Chalcedoni
 coactis sanctè sincereque decreta sunt.
 Quòd autem ad ea attinet, quæ Zacharias rhetor de ijs e-
 piscopis tradidit, siue ipse falso eos criminatus est, siue illi
 ipsi mentiti sunt se inuitos literis Basilisci subscripisse, nõ
 possum pro certo affirmare.

De iis qui Antiochiæ episcopatu sungebantur.

Caput X.

Petro ecclesia Antiochena exturbato, Stephanus illius
 sedem capepsit: quem Antiocheni calamis, ad simili-
 tudinem hastarum præacutis, vti scribit Ioānes rhetor,
 confecerunt. Quo extincto, Caladio illius sedis clauū su-
 scipit: qui omnes, qui ipsum adibant induxit, vt tum Ti-
 motheo, tum literis Basilisci generatim ad omnes scriptis
 anathema indicerent.

*Quòd imperator Zeno cum Aelurū persequi consti-
 tuisset, illi ob ingrauescentem ætatem pepercit,
 qui cum è viuis excessisset, Petrus Mongus episco-
 pus Alexandrinus creatus est, sed Timotheus qui
 Proterium in episcopatu sequebatur, pulso illo se-
 dem eius imperatoris mandato capepsit.*

Caput XI.

Zeno autem, quāquam habebat in animo Thimotheū
 Alexandria expellere, tamen, cū à quibusdā iā certior
 factus esset, eū admodum senem esse, & quā primū
 commu-